

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 8: De inani gloria (14)

Ambrosius:

Sunt enim multi qui putant,
quod in appetitu pretiosarum vestium non sit peccatum,
quod si peccatum non fuisset,
nequaquam dominus Iohannem de asperitate vestium
aut vestimentorum suorum laudasset,

Sed quantum ad superficiem historiae attinet,
in abjectione vilium vestimentorum virtus esse monstratur,
et si in appetitu pretiosarum vestium peccatum non esset,
← nequaquam Dominus Joannem de asperitate vestium laudasset;
→ et si hoc culpa non esset,
nequaquam Petrus apostolus per epistolam feminas
ab appetitu pretiosarum vestium compesceret dicens:
«Non in veste pretiosa:» ubi animadvertisendum quanta culpa sit viros hoc
appetere, a quo ipse pastor Ecclesiae feminas procuravit prohibere.

Remigius Antissiodorensis, *Homiliae*, 2 (PL 131, col.876C).

dicens: Quid existis in desertum videre? etc.

Poterant ergo turbae existimare Joannem esse instabilem et similem calamo,
qui omni vento circumfertur, ut nunc Domino testimonium perhiberet,
nunc vero de eo dubitaret; et ne forte turbae hoc putarent,
idcirco coram turbis cum multis laudibus praetulit
dicens: «Quid existis in desertum videre?»

Remigius Antissiodorensis, *Homiliae*, 2 (PL 131, col.875A-B).